

+

NOS Nicolaus Coss Propositus, Eggerodus à Kempen Decanus,
Sampson à Woreim Custos, Ioannes Rosenbergius, Henricus Semplauski,
Ioannes Hanouius, Stanislaus Hasius de Rubno, Balthasar Niemcz.
et Albertus Lichtenhayn Canonicus Varmiensis: Capitulariter congregati.
Notum testatum facimus universis et singulis quod nos ex certa sci-
entia, probatique maturo consilio, unanimiter constitutimus, designa-
vimus et fecimus mandatarium seu procuratorem nostrum specialem
et generalem, Honorablem et Egregium virum D. Mattheiam Heim Se-
cretarium nostrum, ad nostro nomine et pro nobis coram R.º in dho
Patre et Dño nro, dno Martino (romero Epº Varmieni vigore eiusdem
Fay docu p
Iam honor- monitorij à Roma eius PF exhibitione iurium ac monitione
e pugni ~~ad~~ ~~ad~~ Super bonis nostris Hankendorff in dictione Quibusdam sicut, ad me-
derf ~~ad~~ directi, comparendum atq; allegandum, si necessitas requirat, praeser-
vitam eius villa ab omnib; cuiusq; facti iurisve molestia, possessionem,
tum et ad exhibendum (si necesse fuerit) iura et documenta iam an-
tea à VV. DD. Nuncij nostris in priori comparitione edita, non qui-
dem in alium finem, quam ad demonstrandam ex ijs, quatenus opus
sit, probandamq; prescriptam possessionem et bonam fidem nostram.
Ad iurandum quoq; ex superabundanti in animas nostras, et cuius-
libet nostrum, exhibita fuisse à nobis bona fide omnia illa iura et
documenta qua in archivio nostro de illis bonis post diligentem scru-
tationem reperiri potuerunt, nec alia apud nos scientibus nobis ex-
tare ad eam rem pertinentia. Et quocunq; aliud honestum et licitum
iuramenti qns praestandum. Tum ad petendum et obtainendum per
sententiam vel alias qmolibet declarari à nobis monitorio et oib; in eo contentis esse plene paritum et satisfactum: primitque nos
ab illa instantia iudicij et monitorio absoluimus. Si autem allegationes
et defensiones praedictas, aliaq; iuri et rationi conformantia, à dicto
mandatario nostro adducenda, locam nullum habere ad obtinendu-
ius nostrum in illis bonis eorumve prescripta possessione cognoverit
atq; eiusmodi aliquid siue per sententiam seu quocunq; alio modo

ac via à R^{ma} eius P. agitentarij senserit, unde Capitulo nobisq; et
offitijs illis ad qua eius villa proutus spectant, praesedictum et
grauamen aliquod irragile creari posset, ad appellandum et
prouocan ad S. mū D. N. Papam, et Sedem Aplicam, eiusq; Ill. num
et R^{mū} in Regno Poloniae Nuncium pro tempore existentem: de-
bitaq; cum instantia petendum aplos, et causam ad tribunal competens
deuolui faciendum; Deniq; ad omnia alia dicenda, agenda et tra-
clanda, qua nos per nosipos, aliosve Nuncios nostros in hac causa
diciburi fuissimus, et acturi, atq; offitijs fideiq; nrā ratio in tuendis
Ecclia: huius iuribus et possessiōnibus requirat. Promittentes nos
omnia illa rata grataq; esse habituros, qua in premisis à memo-
rato mandatario nostro ad eum modum fuerint acta. In quorum
fidem ac testimonium Sigillum nostrum medium apponi curavimus
et subscribi. Act^d et Dat^d apud Eccliam Varmien: in Caplari
congregatione, Die xxij mensis Septembris, M. D. LXXXIJJ.
Dicitur. Mensis octobris.

Stanislaus Kosius
de Rubno, Can^{cus}
et Cancell^{ff} pri